



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione**

**Eusebius <Caesariensis>**

**[Augsburg], 1522**

**VD16 E 4299**

Quod poetæ recte dicere cogendi sunt Cap. xv

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34477**

## 294 DE PRAEPARATIONE EVANGELICA

**P**Quod Poete recte dicere cogendi sunt CAP. XV.  
 Oeræ inquit Plato cogēdi sunt carminibus dicere bonum  
 quidem modestum iustumq; virum felicem esse atq; bea-  
 tum, siue magnus, siue parvus sit, & siue diues, siue pauper,  
 Si uero iniustus esset, etiam si ditione esset quam Cyniras aut Midas  
 miserrimum omnium esse. Dicant igitur Poetae neminem esse vi-  
 rum appellandum, qui non omnia quæ vulgo bona dicuntur iuste  
 acquirat atq; disponat, quamvis haec bona non recte bona dicuntur.  
 Sanitas enim primo, deinde forma, tertio uires, quarto diuitiae nu-  
 merantur. Innumerabilia huiusmodi cætera sunt. Nam & acute cer-  
 nere atq; audire, alijq; sensibus integre uti, bona uidetur. Et ad hec  
 omnia posse facere quæ cupias, & demum immortalitas cum ipsoq;  
 omnium possessione. Ego autem assero iustis sanctisq; viris hec opti-  
 ma esse, iniustis autem pessima. Sanum enim esse acute cernere, &  
 omnino facile sentire, ac immortaliter uiuere, absq; uirtute pessima  
 sunt. Talia ergo rhythmo ac numero a poetis composita, adolesce-  
 tes perdiscant. Ego enim dicere non dubito ea, quæ mala vulgo di-  
 cuntur, iniustis bona esse, iustis mala. Quæ uero bona uidentur, bo-  
 na uere bonis sunt, malis autem mala. Hec multo ante Odis, David  
 sancti spiritus gratia commonitus, conscripsit docuitq; quis uere be-  
 atus est, & quis beato contrarius. Psalterium enim suum incipiens/  
 quit, Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & cetera. Vnde  
 Plato admonitus, Poëtis dicendum esse ait, bonos uiros beatos esse.  
 Diuitiae autem si malis sint, miseros esse. quod ipse David sic in Psal-  
 mi adiicit. Diuitiae si affluunt, nolite eorū apponere. Cætera quoq;  
 omnia, quæ hic Philosophus dicit, ad uerbum fere in sacro psalmo/  
 rum uolumine scripta inuenies.

Quod hymni cani non debent nisi prius examinentur,

## CAPVT XVI.

**A**ddit deinde Plato, dei aut uiri diuinū opus esse recte rhy-  
 thmo atq; carminibus uti, quare diligenter hac de re leges  
 ponendas esse censet, quibus ad uirtutem uniuersa musi-  
 ca respicere cogatur. Hoc ille uerbis, re autem ipsa ludari  
 cogeant nō alios hymnos & odas suscipere, q; eas, quæ a spiritu san-  
 cto per prophætas essent compositæ. Concedo deinde Plato quod  
 vulgo

